



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

220. feria 4. de subigenda propria voluntate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 4. Domin. 7. post Pentecost. 397

MEDITATIO C.CXX.

Feria 4. Domin. 7. post Pentecost.

De subigenda propria voluntate.

Videbo voluntatem propriam, dæmoniū
voluntarium, semper DEO resistentem.
ut solent rebelles subditi contra Dominum.
Petam subigere eam Domino meo Regi.

*Conf. 1. Admonitionem hanc (Luc. 9.
Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me
venire, abneget semetipsum) universa Ecclesia,
universum corpus, universa membra per officia
propria distincta, & distributa, audire debent,
inquit D. August. hom. 47. de divers. Igitur
omnes abnegare se debent; atqui abnegatio
sui est totalis recessus à proprijs voluntatibus,
inquit D. Basilius hic; Et ratio est: quia ex
nostra corruptione nihil prope cernimus,
quin affectu inordinato illud appetamus;
unde relinquatur mortificandam esse volun-
tatem; nisi enim semper purgetur, non nisi
vepres, & spinas ad comburendum proger-
minat. quod verum est etiam in amore spi-
rituali non bene mortificato, ut loquitur D.
August. apud Bern. Rosignol. lib. 2. cap. 18.
*Amor spiritualis generat affectuosum, affectuo-
sus obsequiosum, obsequiosus familiarem, fa-
miliaris saepe generat carnalem.**

*Conf. 2. Quod Spiritus Domini docuit
Eccli. 18.*

Pentecost.

o meipsum

na adimā,

. 6. Assue.

pra alios,

ex alijs ce-

ere præsu-

timorem,

e exigam,

. 8. Con-

si humilis

quantum

naturales,

er, imò &

homines

offensio-

generent,

revelare,

licere pro-

re, sensus

verare. 13.

uibus u-

c erga o-

tus sit, &

osè com-

onas, nō

. Cor o-

is ecclē-

successi-

MEDI-

398 *Feria 4. Domin. 7. post Pentecost.*

Eccli. 18. vers. 30. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua avertere, ab appetitibus tuis, quòdve optat voluntas tua, & desiderium tuum: id præstitit Dominus meus, dum ait Joan. 5. Non quero voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me. Filius unicus dicit: Non quero voluntatem meam, & homini volunt facere voluntatem suam? superbia facit voluntatem suam, humilitas voluntatem DEI, ita D. August. hic.

Conf. 3. Actiones mortificatæ voluntatis propriæ. 1. Non solum mala fugere, sed & bona, non propter meum commodum, sed ad divinam voluntatem faciendam proficere. 2. Modum in rebus appetendis tenere, ut minora bona minus, majora magis, media propter virtutem, hanc propter animæ puritatem, & ad Dei conjunctionem appetere. 3. Studiosis operibus, quibus intendo, ita voluntate adhærere, ut paratus sim ea sine ulla tristitia relinquere, cum eorum dimissionem magis gratam Domino judicavero. 4. Si aliquid mihi utile, aut proficuum aspexero, non prius illud obtinere nitar, quam id Domino gratum esse judicavero. 5. Eligere magis subesse, quam præesse: felicitatem putare, alterius arbitrio vivere, & infelicitatem, meo proprio sensu, & arbitrio gubernari. 6. Si aliquid oratione postulavero,

Fer. 5. Domin. 7. post Pentecost. 399

vero, curare in ipso actu orandi, ut intentio dirigatur non propter me, aut propter commodum amici, sed propter **DEVM**, quia ipse ita vult postulari.

MEDITATIO CCXXI.

Feria 5. Domin. 5. post Pentecost.

De subigendo proprio intellectu.

Videbo ignes fatuos, qui viatores in precipitia, & lacunas abducunt, quod præstat intellectus humanus sibi innixus. Petam intellectum subijcere principijs Evangelij.

Conf. 1. Quantum cæcutiat intellectus humanus circa seipsum; *Scimus, quia vehementer claudit oculus cordis amor privatus,* inquit D. Greg. hom. 10. in Ezech. Ideo principijs Evangelij, si errare non vult, subijciendus, Magistro D. **JESU**: quem rogabo, ut mihi det intellectum suum; tam enim profundæ sunt veritates Evangelij à Christo revelatæ, ut sapientissima Virgo, si verba ejus penetrare vellet, observaret, & ponderaret in corde suo; quia qui proprio sensu utitur, spoliat se cœlestium aromatum sensu.

Conf. 2. Actiones mortificati intellectus sunt. 1. Ignaviam intellectus pellere, & res ad salutem, officiumque peragendum necessarias, diligenter addiscere. 2. Inutilia non investigare, quæque communem vitam agen-

tibus